

b14809175

S A N C T I S S. D. N. S I X T I

diuina prouidentia. P P. V.

C O N S T I T U T I O.

*De Habitu & Tonsura per Clericos seu Milites beneficia, veletiam Pensione
obtinentes deferendis.*



SIXTVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
ad perpetuam rei memoriam.



VM Sacrosanctam Dei Ecclesiam, quā Saluator noster suo preciosissimo sanguine aquilificuit, sponsam sibi elegerit, & nobis licet indignis custodiendā tradidere ēlēm sine ruga, sine macula atque in omnibus suis membris placētū conseruare debemus, ut in ea omnia ordinata, singula distincta cuncta interius exteriusque pietatem & devotionē redolentia inueniantur, & vt ineffabilibus circū amicta varietatibus speciosa in oculis suis appareat, quārum fauente Deo valemus, id ipsum munus exequi decreuimus. Quare animaduertentes quod qui in sorte Domini ad eiusdem Ecclesiae decus & ornamenti sunt vocati, & ex eo Clerici nōmen consecuti, quique censu Ecclesiastico viuunt, singulari aliquo signo a reliquo populo distingui debent, ne cui eorū iure dici possit. Quomodo huc intrasti nō habens vestem nuptialem, & ad hoc ipsum solitudinis nostrae obtutus dirigētes, ne sanguis eorum de manu nostrā requiratur: cum ingenti cordis nostri dolore inuenimus complures superadiēta Domini sententia iuste redarguēdos: Nā eorū plerique Clericali honore negleāto, in vestibus laicalibus incedētes, eo se mirifico indignos priuilegio reddiderunt. Qua propter licet sacris Canonibus, Cōcilij generalibus, & Apostolicis constitutionibus certus circa eorum, qui Clericali charactere insigniēti sunt habitum, etate, & alias qualitates sit præscriptus modus, & contra Clericos in habitu Clericali, & tonsura non incedentes imposita poena, nē peccati gratijs, immunitatibus & alijs priuilegijs Clericalibus intime gaudēat; tamen cū iniuria temporum & forsitan dormientibus pastori bus inimicus homo lætitiera transgressionis zizania super seminaue sit: Nos propterea his & alijs rationalibus de causis adducti, ne quis nimia siue pastorum, siue temporū indulgentia & impunitate, seu oscitantia cum religionis de decoro, nominis Dei contemptu & proprijs salutis dispensio de cetero abutatur, hac nostra perpetuo valletra constitutione præcipimus & mandamus omnibus & quibuscumque Clericis non solum in sacris, sed etiam in alijs minoribus ordinibus constitutis, & Clericis tantum tonsura insignitis, & nedum beneficia Ecclesiastica qualitacumque etiam simplici & nūc & pro tempore obtinentibus & in illis vel ad ea ius habentibus, verum etiam pensiones super quibusuis fructibus, redditibus,

A tibus,

ra, & in Cancellaria Apostolica affigi & publicari, earumque exemplaria ibi affixa relinquit, & deinde inde Cancellarii Apostolicae in libro Quarto interno appellato, inter ceteras constitutiones perpetuas describi & registrari. Decernentes publicatione in Basilicis prefatis & in aula Capituli facienda, post lapsum temporis superioris praefixa uniusquamque auctare & affigere, per inde ac si ipse praesentes litterae singulis personis praefatis personaliter intimare suissent. Volumus quoque ea unde praesenti transumptis, etiam impressis. Notarii publici manu subscriptis, & sigillo persone in dignitate Ecclesiastica constitutae obligari, plena & indubitate fidem in iudicio & extra exhiberi, que ipsis originalibus adhiberetur si forent exhibitae vel ostensae. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostrorum praecipimandatorum priuationis decretorum & seruationis statuti voluntatum permissionis & iussionis, infringere vel ei auctu censorio contraire. Si quis autem hoc attinare presumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se moverit incursum. Datum Romae Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, Millefimo quingentesimo octavo octauo, quinto Idus Ianuarij, Ponitificatus nostri anno Quartu.

Z. Card. Predat.

Io. Ang. Papini,

Registrata apud Jo. Angelum Secretarium.

A. de Alexijs.

Anno a Nativitate Domini, Millefimo quingentesimo octavo quintoque nono, Indictione secunda, die vero decima eiusdem mensis Ianuarij, Pontificatus sanctissimi Christi Patris, & D. N. D. sexti dominica presidencia Papa V. Anno eiusquarto: Recenscripta litterae apostolicae affixa & publicatae fuerunt in aula Basilicarum S. Ioannis Lateranen. & S. Petri Principis Apolorum de Urbe, nec non Cancellarii Apostolicae aucti Campistore, ut menses est per nos Hieronymum Lucum, & I. Baptizam Balthazarium Tagliacurum S. D. N. P. P. Christi.

Alex. Parabiachius Mag. Curf.